(Lat. 6638, fol. 22R)
contd.

· ēnitte p

explicare. Quero igitur cum sanctorum dies quibus de hoc saeculo (vito) migraverunt. sollempniter et cum magna exultatione celebremus. Adeo ut in ipsis abstinentiae aliquantulum rigore laxato paululum remissius vivamus. diem passionis Christi. quo de hoc mundo per mortem transiit. sicut evangelium testatur in magna afflictione et carnis maceratione. cordisque contritione iubeamur celebrare? Quae (q) ut eis. oporteat tanto sublimius. tantoque festivius. immo alacrius excolere quanto constat Christum sanctorum omnium meritum transcendere. Quod ut animo recte diceretur. iusteque dies illa cunctis sollempnitatibus festivior haberetur. ac iocundius celebraretur. Si

Christus ut purus homo per temporalem mortem ad eam gloriam transisset. q̄ antea nunquam habuisset. Iure enim eius gloriae congauderemus. q̄ eum per mortem consecutum fuisse sciremus. At vero cum scimus Christum dei filium. ante omnia saecula semper existere gloriosum. et eiusque gloriam sicut ‖ (22v) nec minui. ita nec augeri posse. Eundem ~~nostrum~~ tamen pro nostra redemptione tantum se humiliasse. ut non solum nostrae carnis mortificationem dignaretur assumere. Verum etiam qui erat inmortalis in sua natura mori dignaretur in nostra. In qua morte plus humiliatus videtur